Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pissima liberabit. nisi ille qui dixit: si uos filius libe
rauerit uere liberi eritis. At enim scio quia seruus
non potest libertate donari. nisi fideliter seruiens.
nisi dnm diligens. Et ideo et iam nos fide
liter seruiamus et ex toto corde et ex toto animo
et ex tota uirtute nostra diligamus dnm dm nm.
ut meretamur libertate donari a xpo ihu filio
eius dno nro. Cui est gloria et imperium in secula
seculorum. amen. DE HIS QUE OFFERUNTUR
XIII AD TABERNACULUM.

Iam quidem et prius de tabernaculo prouiribus dixeramus.
Uerum quia sepe in exodi libro repetitur ipsa discriptio
dicitur enim et cum ds precepit moysi qualiter fieri
debeat. Et iterum cum moyses precepit populo ut
offerat construendo operi materias. sicut haec lectio
continet quae nobis modo recitata est. Sed et
postmodum enumerantur singula cum per bezeel et ce
teros sapientes uiros fabricantur. Et iterum cum
ad conspectum moysi deferuntur. et rursum cum per
ceptum dni dedicantur. Fit praeterea et in aliis uel
libris uel locis horum commemoratio. et frequenter
repetitur ut puta quod necessario commonetur.
Nunc ergo recitatus est nobis ille sermo ubi dicit
et dixit moyses ad omnem synagogam filiorum